



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 79. Ordinum Hungariæ novum fœdus in his comitiis stabilitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](#)

**Sæc. XVII.** mox superventuros, spondebant. Ve-  
**A. C. 1620.** rum ad hæc monita aures non habuit Bethlemius, aucupandæ coronæ Hungaricæ cupidissimus, quocum ex Nobilibus ferme omnes conspirabant, aut promissis pellecti, aut verius metu territi; in eos enim, qui dissentirent, se e Curiæ Neosolanæ fenestræ præcipitii Pragensis exempla innovaturum minitabatur. Præterea Gaboris arrogatiā immodice acuebat aliis Ottomani Imperatoris Legatus Buda Neosolianum submissus, qui Cæsarem suum de Bethleimi progressibus mirifice lætari testatus, eundem hortabatur, ut bene cæpta impigre urgeret, nullasque pacis conditiones cum Ferdinando, & Hispano Rege iniret, Regnique coronam, sicubi offerri contigerit, amplecteretur, de valido adversus hostes suos, & Polonos auxilio certus.

### §. LXXIX.

#### *Ordinum Hungariæ novum fædus in his comitiis stabilitum.*

*Barre hist.*

*d'Allem.*

*tom. 9.*

*Theatr. Hist.*

*cap. 3.*

*Bellus laur.*

*Austr. Mete-*

*ran. 1. 40.*

*& Sigismundus Forgatius Hungariæ*

*Pala-*

Rebus ita dispositis Regni Proceres articulos, de quibus jam dudum inter eos clam convenerat, comitiorum auctoritate firmare adlaborabant. Obstiterant vehementer Cæsaris Legati, & Sigismundus Forgatius Hungariæ Pala-

Palatinus, Vir apprime Catholicus, Sæc. XVII.  
Cæsarique addictissimus primo sese eo- A. C. 1620.  
rum conatibus opponebat: eo autem  
in ceterorum partes tandem descen-  
dente, transfigi cæptum est, erectaque  
inter Catholicæ, Lutheranæ & Calvi-  
nianæ Religionis Professores societate  
decretum, ut decem Hungarorum millia  
in Bohemiam mitterentur, finitisque  
induciis bello contra Cæfarem initium  
fieret, ac deinceps Clerici nec Ordi-  
num dignitate, nec suffragii jure in  
Hungaria frui possent, illi quoque, qui  
ab hisce comitiis absentes essent, pro-  
scripti, bonisque suis privati censerent-  
ur, ac denique (quod hujus conven-  
tus summa erat) novus Hungariæ Rex  
eligeretur. Hæc, pluraque alia capita  
numero centum sexaginta quinque,  
Hungari Proceres, præeunte ipso For-  
gatsio Palatino, jurejurando, suoque  
chirographo confirmarunt, incassum re-  
clamantibus Cæsareis Oratoribus, &  
Engolismensi Duce Galliarum Regis  
Legato. Interim Cæsareis Legatis,  
qui pleniore agendi facultate instructi  
essent, nondum adventantibus, Gabor  
moræ impatiens, præsentibus Legatis  
injunxit, ut datis Viennam literis ho-  
rum adventum urgerent, secus evolu-  
tis quindecim diebus, comitia, iis licet  
non auditis, essent solvenda. Tandem  
Colal-

Sæc. XVII. Colaltus Comes Cæsaris Legatus, una-  
A. C. 1620. cum quodam Nobili Hungaro aliisque  
 Neosolium venerat, qui Hungaris cri-  
 mina in Cæsarem perpetrata expro-  
 brans declarabat, quod si a rebellium  
 fœdere non abstinerent, Clericisque  
 tam bona propria, quam suffragii jus,  
 locumque in Regni comitiis non resti-  
 tuerent, Cæsari nec animum nec vires  
 ad coercendam eorum perfidiam defu-  
 turas scirent. Attamen hi leges dare,  
 non vero accipere affueti, caussaban-  
 tur, quod hi Cæsar's Oratores plena  
 agendi potestate itidem non essent in-  
 structi, eoquod in eorum literis de fœ-  
 deratis Provinciis nulla mentio fuisset  
 facta, proin aut ampliores literas Vien-  
 na secum afferrent, aut, quod melius  
 foret, haud ultra ad hæc comitia re-  
 dirent, cum ab Ordinibus, id, quod  
 moris est, iis etiam absentibus decer-  
 nendum esset: Dato rudi hoc responso  
 Hungari Cæsareos, Gallos, & Polo-  
 nos Oratores, rebus infectis dimise-  
 runt.

### §. LXXX.

*Bethlemius Gabor in Hungariæ Re-  
 gem proclaimatus.*

Ortet. pag. 73. **C**um igitur nonnisi Fœderatorum Pro-  
 vinciarum Oratores remansissent,  
 Calviniani Hungariæ Ordines, quod  
 dudum